3375/36082

195
PRBm

COMMEMORATIONES,

SEU SUFFRAGIA SANCTORUM ORDINIS MINORUM

S. P. N. FRANCISCI,

Quæ dicuntur in fine Vesperarum, & Laudum, ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Passionis exclusivè; & ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusivè in Dominicis, Feriis, & Festis, (nisi Officium sit duplex, vel infra octavas, etiamsi de Dominica, vel semiduplici infra eas fiat.)

Et ultra Commemorationem S. Francisci debet addi Commemoratio de Patrono Titulari primario Ecclesiæ nostræ. Si Ecclesia sit dedicata SS. Trinitati, Salvatori, aut S. Cruci, fit Commemoratio illius ante Commemorationem B. Mariæ. Si Patronus sit Angelus, aut S. Joannes Baptista, fit ante Commemorationem Sancti Joseph. Si Patronus sit alius Apostolus, fit ante Commemorationem S. Francisci, aliás semper post Commemorationem S. Francisci.

Mexici ex Typographia Matritensi in via S. Dominici & Tacubæ.

RPJCB

DE CRUCE IN FERIALI TANtum Officio, ad Vesp. & Laud. Aña.

PER Signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi.

℟. Psalmum dicat nomini tuo Domine.

OREMUS.

PErpetua nos, quæsumus Domine, pace custodi, quos per lignum Sanctæ Crucis redimere dignatus es.

DE SANCTA MARIA, ad Vesperas & Laud. Aña. etiam post Nonam & singulis diebus.

SAncta Maria succurre miseris, juva pusillamines, refove flebiles, ora pro Populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORE-

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem dicitur.

℣. Post Partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

Deus, qui salutis æternæ Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. ℟. Amen.

Quando fit de aliis Sanctis, in quorum Officiis dicitur ℣. Ora pro nobis, *tunc pro S. Maria dicendus*: ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui.

PRO

PRO SANCTO JOSEPHO.

Ad Vesp. Aña.

ECCE fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

℣. Gloria, & divitiæ in domo ejus.

℟. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Aña. ad Laud.

IPse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph.

℣. Os justi meditabitur sapientiam.

℟. Et lingua ejus loquetur judicium.

OREMUS.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

DE APOSTOLIS.

Aña. ad Vesp.

PEtrus Apostolus, & Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

℣. Constitues eos Principes super omnem terram.

℟. Memores erunt nominis tui Domine.

Aña. ad Laud.

GLoriosi Principes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

OREMUS.

DEUS, cujus dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & Coapostolum ejus Paulum tertiò naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur.

DE SANCTO JACOBO APOSTOLO.

Aña. ad Vesp.

O Beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini calicem bibere meruit: ¡O gloriosum Hispaniæ Regnum, tali pignore, ac Patrono munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est! alleluia.

℣. Annuntiaverunt opera Dei.
℟. Et facta ejus intellexerunt.

Aña. ad Laudes.

VIsitavit nos per Sanctum suum Apostolum, & fecit salutem de inimicis nostris Dominus Deus noster.

℣. Annuntiaverunt, &c. *ut supra.*

OREMUS.

ESTO Domine plebi tuæ Sanctificator, & Custos, ut Beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, & conversatione tibi placeat, & secura mente deserviat.

PRO SANCTO P. N. FRANCISCO.

Ad Vesp. Aña.

SAlve Sancte Pater, Patriæ lux, forma Minorum, Virtutis Speculum, recti via, regula morum: carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

℣. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum.
℟. Signis redemptionis nostræ.

Sed quando ℣. Ora pro nobis, *dictus non*

fue

fuerit in commemoratione Beatæ Mariæ tunc dicitur B. Francisco, ℣. Ora pro nobis.

Ad Laudes Aña.

SAncte Franciſce propera, veni Pater, accelera ad populum, qui premitur, & teritur ſub onere, palea, luto, latere, & ſepulto Ægyptio ſub Zabulo, nos libera, carnis extincto vitio.

OREMUS.

DEUS, qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci P. N. meritis, fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere.

PRO S. M. CLARA UBI EST TITULARIS

Ad Veſp. Aña.

SAlve Sponſa Dei Virgo ſacra, planta Minorum: tu vas munditiæ, tu prævia forma Sororum, Clara tuis precibus duc nos ad regna cœlorum. ℣. Diffuſa.

Ad Laud. Aña.

NOvum ſidus emicuit, candor lucis appa-

ruit

ruit cœli splendor enituit: nam lux, quæ lucem influit Claram clarére voluit.

℣. Diffusa.

PRO SANCTIS ORD. MINORUM.

Aña. ad Vesp. & Laud.

VOS Sancti Dei inclyti, qui estis mente lucidi, Franciscum imitati, orate ut intrepidi hic simus semper fervidi, & postmodum Beati.

℣. Æterna fac cum Sanctis tuis Domine.

℟. In gloria numerari.

OREMUS.

COncede quæsumus Omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum Ordinum nostrorum Beati Francisci P. N. exempla nos provocent: quatenus quorum memoriam agimus, etiam actus imitemur.

PRO PACE.

Aña. ad Vesp. & Laud.

DA pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam Mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Tempore Paschali fit alia commemoratio de Cruce, & sola tunc dicitur, non tamen in duplicibus, neque infra octavas.

DE CRUCE TEMPORE PASCH.

Ad Vesp. Aña.

CRucem Sanctam subijt, qui infernum confregit, accinctus est potentiâ, surrexit, die tertiâ, alleluia.

℣. Dicite in nationibus, alleluia.
℟. Quia Dominus regnavit à ligno, alleluia

Ad Laud. Aña.

CRucifixus surrexit à mortuis, & redemit nos, alleluia, alleluia.

℣.

℣. Dicite in nationibus, &c. *ut supra.*

OREMUS.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem Dominum nostrum, &c.

AD COMPLETORIUM.

Aña. de Conceptione Beatæ Mariæ.

COnceptio tua Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo, ex te enim ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem; dedit benedictionem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam.

℣. In Conceptione tua Virgo, Immaculata fuisti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

OREMUS.

DEUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, dignum Filio tuo ha-

habitaculum præparaſti: quæſumus, ut qui ex morte ejuſdem Filij ſui prævisa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos, ejus interceſſione, ad te pervenire concedas. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Etiam ad Completorium dicendæ.

TE Deum Patrem Ingenitum, te Filium Unigenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, Sanctam, & Individuam Trinitatem toto corde, & ore confitemur, laudamus, atque benedicimus, tibi gloria in ſæcula.

O Sacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur: recolitur memoria Paſſionis ejus: mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

PRinceps Glorioſiſſime Michael Archangele, eſto memor noſtri, hic, & ubique, ſemper precare pro nobis Filium Dei.

CŒlorum candor ſplenduit, novum ſidus emicuit, ſacer Franciſcus claruit,

cui

cui Seraph. apparuit, obsignans eum vulnere in volis, plantis, latere dum formam Crucis gerere vult corde ore, opere.

Sexta autem feria dicitur, loco præcedentis.

CRucis apparet hostia tensis in Cruce brachijs sex alis tecta variis cum vultus elegantia: quæ Francisci cor attrahit, augens ei charismata, suaque Sacra Stigmata in ejus carnem protrahit.

(*Pro S. M. Clara ubi est Titul.*

SAlve Sponsa Dei Virgo sacra, planta Minorum: tu vas munditiæ, tu prævia forma Sororum, Clara tuis precibus duc nos ad regna cœlorum.)

℣. Benedictus es Domine in firmamento Cœli.

℟. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

℣. Panem de Cœlo præstitisti eis.

℟. Omne delectamentum in se habentem.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

℟. Adorabo ad templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

℣.

℣. Signasti Domine Servum tuum Franciscum.
℟. Signis redemptionis nostræ.

(*Pro S. M. Clara ubi est Titul.*
℣. Ora pro nobis Beata Mater Clara.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.)

℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Domine exaudi, &c.
℟. Et clamor meus, &c.
℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

OMnipotens Sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur advertis.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Corporis, & San-

Sanguinis tui Sacra Misteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus.

DEUS qui miro ordine, Angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius; ut à quibus tibi ministrantibus in Cœlo semper asistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

DOmine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflamandum corda nostra tui amoris igne, in carne Beatissimi Patris nostri Francisci Passionis tuæ Sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis, & precibus Crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus.

PRO FERIA SEXTA.

DEUS, qui mira Crucis mysteria in Beato P. N. Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis, quæsumus, devotionis suæ semper exempla sectari, & assidua ejusdem Crucis meditatione muniri.

Omni-

OMnipotens Sempiterne Deus, ædificator, & custos Hierusalem Civitatis supernæ: ædifica, & custodi nos, Ordinem nostrum, Regem, Regnum, Civitatem istam, & Conventum cum omnibus fratribus & habitatoribus suis, ut perpetuum sit in eis domicilium stabilitatis salutis, charitatis, & pacis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ANTIPHONÆ, ET ORATIONES pro Congregatione Capituli.

Aña. Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Aña. Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, & benedicta.

Aña. Salve Sancte Pater, Patriæ lux, forma Minorum, Virtutis speculum, recti via regula morum, carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

℣.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Signasti Domine Servum tuum Franciscum.
℟. Signis redemptionis nostræ.
℣. Memento congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustrarione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & ejus semper consolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perſrui lætitia.

DEUS

DEUS, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci P. N. meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis, ex ejus imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

OMnipotens Sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus: prætende super famulos tuos Prælatos nostros, & super congregationes illis commissas spiritum gratiæ salutaris, & ut in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Exaudiat Deus orationes nostras.
Amen.

COMMEMORATIONES VOTIVÆ singulis diebus (nisi occurrat festum clasicum) dicendæ post Antiphonam finalem.

PRO SANCTA MARIA ad Vesp. & Laud. Aña.

SUB tuum præsidium confugimus Sancta Deigenitrix, nostras deprecationes

ne

ne despicias in necesitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, & benedicta.

PRO S. JOSEPH

Ad Vesp. Aña.

ECCE fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Ad Laud. Aña.

IPse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph.

PRO SS. PP. NN. DOMINICO ET FRANCISCO.

Ad Vesp. & Laud.

DOminicus lux gentium, Franciscusque Apostolicus, quomodo perfectionis altissimæ viam docentes in vita dilexerunt se, ita in clarum virtutis speculum mundo semper permanentes, in morte non sunt separati.

PRO

PRO SANCTIS N. ORDIN.

Ad Vesp. & Laud. Aña.

VOS Sancti Dei inclyti, qui estis mente lucidi, Franciscum imitati, orate ut intrepidi hic simus semper fervidi, & postmodum Beati.

PRO PACE

Ad Vesp. & Laud. Aña.

DA pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Postea dicuntur sequentes ℣℣. & Orationes.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Pro S. Joseph ad Laud.

℣. Os justi meditabitur sapientiam.

℟. Et lingua ejus loquetur judicium.

Ad Vesperas.

℣. Gloria, & divitiæ in domo ejus.

℟. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℣.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.
℣. Æterna fac cum Sanctis tuis Domine.
℟. In gloria numerari.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

DEUS, qui peccatorum Matre Maria Sanctissima intercedente à mundi eversione iram tuam avertens Beatissimos Patres nostros Dominicum, & Franciscum in mundi reparationem mittere dignatus es: conce-

de

de propitius, ut amborum meritis, & intercessione nos cum Ecclesia tua Sancta in omnibus semper protegi mereamur.

COncede quæsumus Omnipotens Deus, ut ad meliorem &c. *ut supra.*

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, &c. *ut supra.*

ECclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus, & erroribus universis secura tibi serviat libertate. Per Christum Dominum nostrum.

NOTA: Quando Officium fuerit de aliquo ex duobus Sanctis PP. NN. loco commemorationis eorum supradictæ ponitur.

PRO S. P. N. DOMINICO

Ad Vesp. Aña.

HIC vir despiciens mundum, & terrena triumphans, divitias Cœlo condidit ore, manu.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad

Ad Laud. Aña.

EUge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

℣. & ℟. Justum deduxit &c. *ut supra.*

ORATIO.

DEUS, qui Ecclesiam tuam Beati Dominici Confessoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis: concede, ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper perficiat incrementis.

PRO S. P. N. FRANCISCO

Ad Vesp. Aña.

Salve Sancte Pater, &c. *ut supra.*

℣. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis redemptionis nostræ.

Ad Laud. Aña.

Sancte Francisce, &c. *ut supra.*

℣. Signasti, & ℟. Signis, *ut supra.*

ORATIO *ad Vesp. & Laud.*

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Francisci, &c. *ut supra.*

Quan-

16-252

Quando dicitur nocturnum SS. Virginis MARIÆ vulgò Benedicta *loco secundi responsorii ponitur.*

℟. O glorioſa Domina excelſa ſuper ſydera, quæ nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem. * Sola ſine exemplo placuit Virgo Chriſto.

℣. Sola fuit Mulier patuit qua janua Læthi; ex qua vita rediit. * Sola ſine exemplo placuit Virgo Chriſto.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. * Sola ſine exemplo placuit virgo Chriſto.

FINIS.

BA796
C363C